Epistola 317. IOHANNI COCCEJO IOHANNES HENRICUS HEIDEGGERUS. 431

Epistola 316. IOHANNI COCCEJO IOHANNES MARTINUS. 430

Salutem à Domino Jesu.

Adm. Reverende & Clariss.e Vir, Dne. Frater
& Amice ptr. venerande

Vel hoc nomine mihi gratum, mihi editionem hujus, quam
vides, concionis injunctam, quod occasio detur abrumpendi diuturnum
illud inter nos silentium. Dudum est quod aspectu jucundissimam
tuamm mihi frui non licuit, & ego in scenam prodire sum veritus,
quod materia scribendi & occasio mittendi varior occurrerent, & nollem
graviores tuos labores turbare. Nunc sine rubore (erubescere enim nescit
epistola) accedo, & offero Concionem hanc concinnatam & habitam in
infirmitate, non eâ tantum, qua omnes mei, infirmissimis enim me liberè
accenseo: sed et eâ qua tunc placuit Domino me humiliare, ut ipsius robur
agnosceretur & prædicaretur. Tua si eam perlegere graviora negotia non
permittant, fortè tuis indulgebis ut eam evolvere non dedignentur: saltem
mihi veniam dabis, quod illam etiam jubeam esse arrhabonem meæ in te
observantiæ, & nostræ nunquam interituræ amicitiæ. De cætero:
Valeo cũ uxore dil. mediocriter, Daventriensiũ meorũ a Hassensium præsen-
tia per septimanas fere quinque gavisus, sed tantũ per septimanas paucas,
quia aliter non est visum Dno. Muneris semper est quod agam, & tamen
pauca mihi videor agere, quia non licet ea simul agere quæ vellem, dum plurima
quotidie se offerunt impedimenta. Eccla nostra novũ Pastorẽ vocavit, hominẽ
juvenem, Collegæ olim nostri Dn. Cenchemii filiũ, jam Vesaliæ Ecclæ Gallicæ
ministrantem, doctũ & benè moratum, & quantũ hactenus scire licuit, mei
etiam amantem. In Academia & Politia nostra omnia sunt tranqlla.
Civitas nostra per Dei gratiam non quidem à morbis acutioribus attamen
a veneno pestis hactenus libera: Ei sit laus: is nos gratos faciat. Jam de
vobis scire desidero: quo valeat Leidæ, quo vestri Selandi; an reliqua adhuc
vobiscum sine filio, quid filius agat; quid in Academia, quid in Eccla vestra geratur;
qui factũ sit, quod Deusingio vocatio non sit missa, de qua vos cogitare ipse olim
mihi significaveras: & si fuere talia. item, an mundũ tuã in Epistam ad Rom.
meditationes in lucẽ prodierint, quousque Opus Lexici tui processerit: aut
alia quædam à te edita. Daventriã ad vos audivi vocatũ Dn. Amia, is
ex conversoẽ Daventriensi mihi notus, reliqui Ecclæ vrã ministri mihi vix noti,
præter illos, quos ante decenniũ apud vos vidi. Pestem etiam vestræ urbi
infestam rumor est, Comprimat ejus vires Dominus, & ab ædibus vestris
arceat. Cujus sub umbra, ut Tu, Vir Adm. Reverende, Amice
integerrime, cũ Dil. uxore & liberis et quin Selandi tranquillè & prosperè agas, cum
officiosa, etiam à meis, salute ex animo precor

Adm. R. T. D.

Studios. in Co. frater

Joh. Martinus

Cl. Dn. Heidano salutem dices, et si occasio ferat & fami-liaritas eam offerat, Dn. Amia.

Gron. 1664 $\frac{2}{12}$ Aug.

Responsum Epistolâ CXVI. inter
priores editas.

MDCLXIII.

Ven. Nominis tui
Devotiss. cultor
J. H. Heideggerus.

Adm. Reverendo, Clarissimo & Doctiss^o^
Viro Dn. Johanni Coccejo SS. Theol.
Doctori et in Academia Lugduno Batava
Professori celeberrimo, Dno. & Amico col.
venerando

Leiden
by de Anatomie

VIII